

narum generibus occidit jussit, quod
idem de Pileo, et alijs Cardinalibus
fecisset, si eos capere poluisset. Pileus
vero Ravennatum Ecclesiam desola-
tam relinquens, et libros, et jocaleas
multa dictae Ecclesiae secum portans
una cum alijs Cardinalibus Romanae
Ecclesiae Anagninam fugit, et demum
in civitatem Fundorum appellentes,
ibi consilio, et suggestione Obiculae de
Neapoli in utroque jure Doctoris fa-
mosissimi Advocati Consistorialis viri
reconditissimi, Robertum XII. Apostolorum
Presbyterum Cardinalem Geben. in anti-
papam eligunt, et cum eodem Electro
se in Avinionensem civitatem omnes
transfutare; propter quod idem Pileus,
et alii Cardinales dignitate Cardinalatus,
omnibus beneficijs eorum a dicto Ur-
bane privantur, vno solo reposito, vi-
licet Bartholomaeo de Messarachijs
de Bononia Cardinale Reatino, quem
tamen in conspectu omnium publice
dehonestavit, turpiter ipsum in sessioni-
bus omnium etiam infimorum ultimum